

bei ihm wieder¹, so dass man klar erkennt, dass sie ihm das eine Mal anderweitig überliefert wurden. In diese Compilation gingen dann einige der Zusätze und Interpolationen über, die sich in dem Marchienner Codex des Sigebert saec. XIV (Cod. Duac. n. 798) entsprechend der von Guise erhaltenen Hist. Marchian. finden.

*Brevis epilogus sequentis opusculi*².

Cum quadam die in diebus quadragesime post lectionem collationis domnus abbas Symon huius Marcianensis ecclesie abbas XXI^{us} cum quibusdam fratribus de rebus necessariis haberet colloquium, fortuito interrogavit, si haberemus abbatum huius monasterii gesta vel scriptum cathalogum. Cui unus respondit, hec in scriptis non haberi, tamen ex relatione antiquorum et quibusdam cronicis ac historiis de ecclesie prima constructione, de beate Rictrudis adventu, de sanctimonialium regimine, de monasterii combustione a Northmannis tunc paganis facta et inhabitantium interfectione, de sanctimonialium³ erectione et monachorum restitutione cordetenus aliqua se scire. Cumque aliqua inde pro tempore retulisset, domnus abbas illi, qui hec narrabat, mansueta voce dixit: Magis hec eum scribere debuisset ad utilitatem filiorum huius ecclesie, quam gesta regum et bella imperatorum in chronicis componere. Hoc vespere, hoc mane facto idem pater secundo repetiit. Multi ex fratribus nostris iam ante id ipsum petierant non ferventer, sed tepide, unde et ille segnis fuit in operis executione. Igitur secundum abbatis venerabilis imperium licet⁴ inculto sermone de statu ecclesie nostre aliqua dicemus, sed et de temporibus regum aliquid interseremus et de vita specialium sanctorum nostrorum pauca scribemus. Quod si quisquam istud opusculum rusticanum obliquo oculo reprehenderit forsitan aut riserit, compositionis istius auctor hoc parvipendit, quia nec laudem minis affectat, nec vituperationem curat, nec lucrum inde requirit. Collegimus autem hec prima, que scribimus, ex annalibus et chronicis ac sanctorum gestis et pontificum Cameracensium actis. Postrema perspeximus oculis nostris. Nunc igitur quod venerabilis patris iniungit sagacitas, implere debet humilis monachi obedientia sancti spiritus adiuuvante gratia.

Fol. 104. Capitulum I. De ortu beati Amandi fundatoris ecclesie Marcianensis⁵.

Fol. 104'. II. Quo tempore et sub quo rege fundata sit ecclesia Marcianensis.

Fol. 105. Quomodo beata Rictrudis venerit in Gallias. III.

1) XI, 18 zu 661, 657, 658, 662, 666 (sämmtlich schon XI, 9), 679 (= XI, 22); XI, 19 zu 679 (= XI, 22), 685 (XI, 40). 2) Roth wie sämmtliche Ueberschriften. 3) Von hier andere Hand. 4) 'Lias' Hs.; vgl. S. 462. 5) Von hier wieder Hand 1.